

## 120.

*Papst Innocenz III. ermahnt den Herzog von Zähringen, nach der Fügung der göttlichen Vorsehung dem König Otto nunmehr offen und wirksam anzuhängen, um dadurch auch die Huld des päpstlichen Stuhles zu verdienen. Ebenso an die Herzöge von Meran, Sachsen und Baiern, an die Markgrafen von Meissen, Brandenburg und Landsberg, an die Herzöge von Oesterreich und 5 Zähringen.* 1208 [Juli].

*Hdschr.: Reg. Innoc. III. No. 6 fol. 38 No. 159 Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 1,754; ed. Migne 3,1149. Pothast 3480. Böhmer-Ficker 6026.*

*Ann.: Wegen der Datirung vergl. Böhmer-Ficker 6021. Der Brief kann frühestens Ende Juli geschrieben sein.*

Nobili viro duci Carinzie. Cum dissensionis materia, que peccatis exigentibus 10 haecenus in imperio pullulavit, nimis dampnosa fuerit, non ipsi tantum imperio, verum etiam toti populo christiano, nos, qui ad regimen universalis ecclesie superna sumus dispositione vocati, diligenti debemus sollicitudine precavere, ne per alicuius insolentiam reviviscat, que per divinum iudicium est sublata, crudele facinus detestantes, quod pius animus perhorrescit. Quocirca nobilitatem tuam rogandam duximus et monendam per 15 apostolica tibi scripta mandantes, quatinus divine dispositioni consentiens, que circa karissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Ottonem evidenter elucet, nostrum in hac parte iudicium approbando, ei patenter et potenter adhereas, impendendo sibi auxilium et favorem, ut per hoc divinam et apostolicam gratiam uberius merearis. Alioquin preter divinam offensam apostolicam quoque censuram incurreres, cum eidem 20 regi nolimus in suo iure deesse, qui sumus omnibus in sua iustitia debitores.

In eundem modum duci Meranie, duci Saxonie, duci Bauvarie, nobilibus viris vassallis ducatus, marchioni Misnensi, marchioni de Brandebure, marchioni de Landesbere, duci Austrie, duci Zaringie.

## 121.

25

*König Otto IV. schreibt dem Papst Innocenz III., nach dem nunmehr erfolgten Hinscheiden seines Veters Rath und Hülfe auf seine Förderung zu wenden, meldet dann, wie einzelne Fürsten sich ihm angeschlossen, und ersucht nun den Papst um dringende Vorschreiben an die Fürsten, noch ehe diese sich nach der auch ihm kundgegebenen Einladung der östlichen Fürsten am 8. September zu Würzburg einfinden, um über das Reich zu entscheiden.* [1208, Ende Juli bis Anfang August.] 30

*Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 38 No. 160 Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Mon. Germ. 4,215, Böhmer-Ficker 240.*

*Ann.: Wegen der Datirung vergl. Böhmer-Ficker a. O. Der Brief ist spätestens in den ersten Tagen des August, aber auch nicht erheblich früher, nicht etwa schon Mitte Juli, geschrieben.*

— — Orientales etiam principes diem quendam videlicet nativitatem beate virginis 35 Wireburch statuerunt quasi de imperio ordinaturi, quo et alios principes venire hortati